

Aduertencias para

passionem Domini, dñi serunt sibi per sortes omnes Prouincias, & vnusquisq; ibat ad prædicandum Euangelium Christi in Prouinciam quæ sibi sorte obtigerat. vt auctor est Nicephorus in Histor. Ecclesiast. lib. 3. cap. 1. in prin. & Eusebius Cesariensis Episcopus lib. 3. Hist. Eccles. cap. 1. & Socrates lib. 1 Hist. Ecclesiastice cap. 15. & tamen non legimus, quod vnus in Prouincia alterius prædicaret, nec se intromitteret [præter Paulum] quam uis possent, ac valerent: omnes enim Apostoli erant, ac fuerunt vniuersales Pontifices totius Orbis, eandēq; potestatem habebāt [sub Petro tamen] in vniuersum mundum, quam uis non habuerint successores in eandem, præter Diuum Petrum cui, suisque successoribus tantum, nomine Ecclesiæ data est eadem potestas, iuxta illud Matthe. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, &c. Et tu es pastor ouium, Princeps Apostolorum, tibi tradidit Deus omnia regna mundi, & ideo traditæ sunt tibi claves Regni cœlorum. &c. Quamuis enim Dominus Noster Iesus Christus omnibus Apostolis in communione claves dederit, vt habetur Ioannis. 20. & Matthe. 18.

Simi